

sus convertendo, & dividendo absque contradictione aliqua, modis & forma in supplicatione contentis, & prout fiet mentio in Brevi Apostolico superinde ut supra obtinendo & impetrando, & latius fiet mentio in definitiva sententia extinctionis praedictæ predictos judices Apostolicos in praeditis ferenda, exceptuata doma residentiæ dicti quarti presbyteralis tituli, sic ut supra extincti, quæ ab inde in antea sit, ac esse intelligatur vigore dictæ Sententia Apostolica, & Brevi's praedicti, perpetualiter annexa Diaconali titulo dictæ Ecclesiæ S. Cassiani, & de jure pertinentiarum dicti Diaconalis tituli, quam modernus Diaconus titulatus dictæ Ecclesiæ, D. P. Baptista de Boschetti's suprascriptus, & ceteri futuri Diaconi pro tempore titulati ipsius Ecclesiæ habitare possint, vel eam alias quomodolibet usufructuare ad libitum suum, & sine contradictione aliqua: ita & taliter, quod stante extinctione praedicta, capitulum prædictum Ecclesiæ S. Cassiani sit, & esse intelligatur clausum & numeratum & comprehensum perpetualiter sub numero dumtaxat sex personarum, videlicet Plebani, trium presbyterorum, Diaconi & Subdiaconi titulatorum, & sub divisione respective titulatorum prædictorum omnium obventionum, emolumentorum ac distributionum quotidianarum, certorum & incertorum denique dictæ Ecclesiæ, ac in dicta Ecclesia quomodolibet decurrentorum & decurrentium, juxta ritum & observatam consuetudinem suprascriptæ Ecclesiæ; promittentes habere firmum, ratum et gratum totum, ut supra impetratum, et predictos judices Apostolicos ut supra delegatos superinde auctoritate Apostolica factum, decreatum, sententiatum, judicatum, extinctum et annihilatum fuerit de